

Introitus

Jer 29:11; 29:12; 29:14

Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis.

Ps 84:2

Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Jacob.

V. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sáecula sáeculórum. Amen.

Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis.

Oratio

Orémus.

Famíliam tuam, quáesumus, Dómine, contínuam pietáte custódi: ut, quæ in sola spe grátiae cœlestis innítitur, tua semper protectiône muniátur.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sáecula sáeculórum.

R. Amen.

Orémus.

Commemoratio S. Martini Papæ et Martyris

Gregem tuum, Pastor ætérne, placátus inténde: et, per beátum N. (Mártyrem tuum atque) Summum Pontíficem, perpétua protectiône custódi; quem totíus Ecclésiæ præstitísti esse pastórem.

ad poscenda suffragia Sanctorum

A cunctis nos, quáesumus, Dómine, mentis et córporis defénde periculis: et, intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genetríce María, cum beáto Joseph, beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque beáto N. et ómnibus Sanctis, salútem nobis tribue benígnus et pacem; ut, destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis, Ecclesia tua secúra tibi sérviat libertáte.

de S. Maria

Concéde nos fámulos tuos, quáesumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére: et, gloriósa beátæ Mariæ semper Vírginis intercessiône, a præsénti liberári tristítia, et ætérna

Introit

Jer 29:11-12; 29:14

The Lord says: "I think thoughts of peace, and not of affliction. You shall call upon Me, and I will hear you; and I will bring back your captivity from all places."

Ps 84:2

You have favored, O Lord, Your land; You have restored the well-being of Jacob.

V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost.

R. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

The Lord says: "I think thoughts of peace, and not of affliction. You shall call upon Me, and I will hear you; and I will bring back your captivity from all places."

Collect

Let us pray.

O Lord, we beseech You to keep Your household continually under Your mercy: that as it leans only upon the hope of Your heavenly grace, so it may always be protected by Your mighty power.

Through Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.

R. Amen.

Let us pray.

Commemoratio S. Martini Papæ et Martyris

Look forgivingly on thy flock, Eternal Shepherd, and keep it in thy constant protection, by the intercession of blessed N. thy (Martyr and) Sovereign Pontiff, whom thou didst constitute Shepherd of the whole Church.

Collect of the Poor Souls

From all perils of soul and body defend us, O Lord, we beseech thee, and by the intercession of blessed and gloriosus ever Virgin Mary, Mother of God, of blessed Joseph, of thy blessed apostles Peter and Paul, and of blessed N. and all the Saints, graciously grant us safety and peace that all adversities and errors being overcome, thy Church may serve thee in security and freedom.

of the Blessed Virgin Mary

Grant, we beseech thee, O Lord God, unto all thy servants, that they may remain continually in the

pérfrui lætítia.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sæculórum.

R. Amen.

Lectio

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Colossénses
Col 3:12-17

Fratres: Indúite vos sicut electi Dei, sancti et dilecti, víscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem, modéstiam, patiéntiam: supportántes ívicem, et donántes vobismetípsis, si quis advérsus áliquem habet querélam: sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos. Super ómnia autem hæc caritátem habéte, quod est vínculum perfectionis: et pax Christi exsúltet in córdibus vestris, in qua et vocáti estis in uno córpore: et grati estóte. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter, in omni sapiéntia, docétes et commonétes vosmetípsos psalmis, hymnis et cánticis spirituálibus, in grátia cantántes in córdibus vestris Deo. Omne, quodcúmque fáctis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias ágétes Deo et Patri per Jesum Christum, Dóminum nostrum.

R. Deo grátias.

Graduale

Ps 43:8-9

Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti.

V. In Deo laudábimur tota die, et in nómine tuo confitébimur in sácula. Allelúja, allelúja.

Ps 129:1-2

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratiónem meam. Allelúja.

Evangelium

Sequéntia + sancti Evangélii secúndum Matthæum.

R. Glória tibi, Dómine.

Matt 13:24-30

In illo témpore: Dixit Jesus turbis parábolam hanc: Símile factum est regnum cælórum hómini, qui seminávit bonum semen in agro suo. Cum autem dormírent hómines, venit inimícus ejus, et superseminávit zizánia in médio trítici, et ábiit. Cum

enjoyment of soundness both of mind and body, and by the glorious intercession of the Blessed Mary, always a Virgin, may be delivered from present sadness, and enter into the joy of thine eternal gladness.

Through Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.

R. Amen.

Epistle

Lesson from the letter of St. Paul the Apostle to the Colossians

Col 3:12-17

Brethren: Put on, as God's chosen ones, holy and beloved, a heart of mercy, kindness, humility, meekness, patience. Bear with one another and forgive one another, if anyone has a grievance against any other; even as the Lord has forgiven you, so also do you forgive. But above all these things have charity, which is the bond of perfection. And may the peace of Christ reign in your hearts; unto that peace, indeed, you were called in one body. Show yourselves thankful. Let the word of Christ dwell in you abundantly: in all wisdom teach and admonish one another by psalms, hymns and spiritual songs, singing in your hearts to God by His grace. Whatever you do in word or in work, do all in the name of the Lord Jesus Christ, giving thanks to God the Father through Jesus Christ our Lord.

R. Thanks be to God.

Gradual

Ps 43:8-9

You saved us, O Lord, from our foes, and those who hated us You put to shame.

V. In God we gloried day by day; Your name we praised always. Alleluia, alleluia.

Ps 129:1-2

Out of the depths I have cried to thee, O Lord: Lord, hear my prayer.

Alleluia.

Gospel

Continuation of the Holy Gospel according to St. Matthew

R. Glory be to Thee, O Lord.

Matt 13:24-30

At that time, Jesus spoke this parable to the crowds: The kingdom of heaven is like a man who sowed good seed in his field; but while men were asleep, his enemy came and sowed weeds among the wheat,

autem crevísset herba et fructum fecísset, tunc apparuérunt et zizánia. Accedéntes autem servi patrisfamílias, dixerunt ei: Dómine, nonne bonum semen seminásti in agro tuo? Unde ergo habet zizánia? Et ait illis: Inimícus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis, imus, et collígimus ea? Et ait: Non: ne forte colligéntes zizánia eradicétis simul cum eis et tríticum. Sínite utrámque créscere usque ad messem, et in témpore messis dicam messóribus: Collígite primum zizánia, et alligáte ea in fascículos ad comburéndum, tríticum autem congregáte in hórreum meum.

R. Laus tibi, Christe.

S. Per Evangélica dicta, deleántur nostra delícta.

Offertorium

Ps 129:1-2

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratióem meam: de profúndis clamávi ad te, Dómine.

Secreta

Hóstias tibi, Dómine, placatiónis offérimus: ut et delícta nostra miserátus absólvas, et nutántia corda tu dírigas.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sáecula sáeculórum.

R. Amen.

Commemoratio S. Martini Papæ et Martyris

Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclésiám tuam benígnus illúmina: ut, et gregis tui proficiat ubique succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres.

ad poscenda suffragia Sanctorum

Exáudi nos, Deus, salutáris noster: ut, per hujus sacraménti virtútem, a cunctis nos mentis et córporis hóstibus tueáris; grátiam tribuens in præsentí, et glóriam in futuro.

de S. Maria

Tua, Dómine, propitiatióne, et beátæ Mariæ semper Vírginis intercessióne, ad perpétuam atque præsentem hæc oblátio nobis proficiat prosperitátem et pacem.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sáecula sáeculórum.

R. Amen.

and went away. And when the blade sprang up and brought forth fruit, then the weeds appeared as well. And the servants of the householder came and said to him, 'Sir, did you not sow good seed in your field? How then does it have weeds?' He said to them, 'An enemy has done this.' And the servants said to him, 'Will you have us go and gather them up?' 'No,' he said, 'lest in gathering the weeds you root up the wheat along with them. Let both grow together until the harvest; and at harvest time I will say to the reapers: Gather up the weeds first, and bind them in bundles to burn; but gather the wheat into my barns.'

R. Praise be to Thee, O Christ.

S. By the words of the Gospel may our sins be blotted out.

Offertory

Ps 129:1-2

Out of the depths I cry to You, O Lord; Lord, hear my prayer! Out of the depths I cry to You, O Lord.

Secret

We offer You, O Lord, this sacrifice of atonement, that You would mercifully absolve our sins and direct our faltering hearts.

Through Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.

R. Amen.

Commemoratio S. Martini Papæ et Martyris

By the offered gifts we beseech thee, O Lord, that thou kindly enlighten thy Church, so that thy flock may everywhere progress and prosper, and thy shepherds, under thy guidance may be pleasing to thy name.

Of the poor souls

Hear us, O God, our salvation that through the power of this Sacrament thou mayest defend us from all enemies of soul and body and bestow upon us grace here and glory hereafter.

of the Blessed Virgin Mary

Through thy mercy, O Lord, and the intercession of blessed Mary ever Virgin, may this oblation obtain for us prosperity and peace both now and forever.

Through Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.

R. Amen.

Communio

Marc 11:24

Amen, dico vobis, quidquid orantes pétitis, créдите, quia accipiétis, et fiet vobis.

Postcommunio

Orémus.

Quæsumus, omnípotens Deus: ut illíus salutáris capiámus efféctum, cujus per hæc mystéria pignus accépinus.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Orémus.

Commemoratio S. Martini Papæ et Martyris

Refectióne sancta enutrítam gubérna, quæsumus, Dómine, tuam placátus Ecclésiám: ut, poténti moderatióne dirécta, et increménta libertátis accípiat et in religiónis integritáte persístat.

ad poscenda suffragia Sanctorum

Mundet et múniat nos, quæsumus, Dómine, divíni sacraménti munus oblátum: et, intercedénte beáta Vírgine Dei Genetríce María, cum beáto Joseph, beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque beáto N. et ómnibus Sanctis; a cunctis nos reddat et perversitátibus expiátos, et adversitátibus expeditos.

de S. Maria

Sumptis, Dómine, salutis nostræ subsidiis: da, quæsumus, beátæ Mariæ semper Vírginis patrocíniis nos ubíque prótegi; in cujus veneratióne hæc tuæ obtúlimus majestáti.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Communion

Mark 11:24

Amen I say to you, all things whatever you ask for in prayer, believe that you shall receive, and it shall be done to you.

Postcommunion

Let us pray.

We pray You, almighty God, that we may obtain that salvation whose pledge we have received in this divine sacrament.

Through Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.

R. Amen.

Let us pray.

Commemoratio S. Martini Papæ et Martyris

Being appeased, O Lord, guide thy Church, which has been nourished by holy refreshment, that under thy direction and powerful rule it may receive increase of liberty and may continue in religious integrity.

Of the souls

May the offering of this divine Sacrament cleanse and protect us, O Lord we beseech thee, and by the intercession of the Blessed Virgin Mary, Mother of God, of blessed Joseph, of thy blessed Apostles Peter and Paul, and of blessed N. and all the Saints, may it purify us from all sin, and free us from all adversity.

of the Blessed Virgin Mary

Grant, O Lord, that we, who had partaken of the aids of salvation, may be everywhere protected by the patronage of blessed Mary ever Virgin, in whose honor we have offered these gifts of thy majesty.

Through Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.

R. Amen.